

LITANIÆ

Juxta præscriptum Rubricarum, pro Nostratibus ex Instituto Apostolico, ritè dispositæ.

K yrie eleison.	Sancte Matthæe,	ora.
C hriste eleison.	Sancte Simon,	ora.
K yrie eleison.	Sancte Thaddæe,	ora.
C hriste audi nos.	Sancte Mathia,	ora.
C hriste exaudi nos.	Sancte Barnaba,	ora.
P ater de cælis Deus, mise-	Sancte Luca,	ora.
rere nobis.	Sancte Marce,	ora.
F ili Redemptor mundi	Omnes sancti Apostoli, &	
Deus, miserere nobis.	Evangelistæ,	orâte.
S piritus sancte Deus, mise-	Omnes sancti Discipuli Dô-	
rere nobis.	mini,	orâte.
S ancta Trinitas unus Deus,	Omnes sancti Innocentes,	
miserere nobis.	orâte pro nobis.	
S ancta Maria, Ora pro nobis.	Sancte Stéphane,	ora.
S ancta Dei Genitrix, ora.	Sancte Laurenti,	ora.
S ancta Virgo virginum, ora.	Sancte Vincenti,	ora.
S ancte Michaël, ora.	Sancti Fabiane & Sebas-	
S ancte Gabriël, ora.	tiane,	orâte.
S ancte Raphaël, ora.	Sancti Joannes & Paule,	
O mnes sancti Angeli, & Ar-	orâte pro nobis.	
chàngeli, Orâte pro nobis.	Sancti Cosma & Damiâne,	
O mnes Sancti beatôrum	orâte pro nobis.	
Spirituum Ordines, orâte.	Sancti Gervasi & Protasi,	
S ancte Joannes Baptista, ora.	orâte pro nobis.	
S ancte Joseph, ora.	Sancte Berârde,	ora.
O mnes sancti Patriarchæ,	Sancte Petre,	ora.
& Prophætæ, orâte.	Sancte Accursi,	ora.
S ancte Petre,	Sancte Adjûte,	ora.
S ancte Paule,	Sancte Ocho,	ora.
S ancte Andréa,	Sancte Daniël,	ora.
S ancte Jacobæ,	Sancte Angele,	ora.
S ancte Joannes,	Sancte Samuël,	ora.
S ancte Thoma,	Sancte Donule,	ora.
S ancte Jacobæ,	Sancte Leo,	ora.
S ancte Philipppe,	Sancte Huguline,	ora.
S ancte Bartholomæe, ora.	Sancte Nicolæe,	ora.
	Om-	

O mnes sancti Martyres,	Sancte Ivo,	ora.
orâte pro nobis.	Sancte Elzéiri,	ora.
S ancte Silvester,	Sancte Roche,	ora.
S ancte Gregori,	Sancte Conrâde,	ora.
S ancte Ambrosi,	Omnes sancti Sacerdotes,	
S ancte Augustine,	& Levitæ, orâte pro nobis.	
S ancte Hieronymè,	Omnes sancti Monachi, &	
S ancte Bonaventura,	Eremitæ, orâte pro nobis.	
S ancte Martine,	Sancta Maria Magdalena,	
S ancte Nicolæe,	ora pro nobis.	
S ancte Ludovice,	Sancta Agatha,	ora.
S ancte Benvenûte,	Sancta Lucia,	ora.
O mnes sancti Pontifices, &	Sancta Agnes,	ora.
Confessôres, orâte.	Sancta Cælia,	ora.
O mnes sancti Doctôres, orâte	Sancta Catharina,	ora.
pro nobis.	Sancta Clara,	ora.
S ancte Antoni,	Sancta Catharina de Bo-	
S ancte Benedicte,	nônia,	ora.
S ancte Bernârde,	Sancta Rosa de Viterbio,	
S ancte Dominicæ,	ora pro nobis.	
S ancte Pater noster Fran-	Sancta Anastasia,	ora.
cisce,	Sancta Elisabeth Hunga-	
S ancte Antoni de Pádua,	ria,	ora.
ora pro nobis.	Sancta Elisabeth Portuga-	
S ancte Bernardine,	lia,	ora.
S ancte Jacobæ de Mârchia,	Sancta Margarita de Cor-	
ora pro nobis.	tôna,	ora.
S ancte Joannes de Capis-	Omnes sanctæ Virgines &	
trano,	Viduae, orâte pro nobis.	
S ancte Petre de Alcântara,	Omnes Sancti & Sanctæ	
ora pro nobis.	trium Ordinum sancti Pa-	
S ancte Franciscæ Solâne,	tris Nostri Francisci, in-	
ora pro nobis.	tercedite pro nobis.	
S ancte Petre Regalâte,	Omnes Sancti, & Sanctæ	
S ancte Didacæ,	Dei, intercedite pro no-	
S ancte Paschalis,	bis.	
S ancte Felix,	Propitius esto, Parce nobis	
S ancte Joseph à Leonissa,	Domine.	
ora pro nobis.	Reliqua ut in Litanis	
S ancte Fidelis à Sigmarin-	Universis Ecclesiæ appô-	
ga,	stis in fine Psalmorum Peni-	
S ancte Ludovice,	tentialium.	

Formula Absolutionis Plenarie Religiosis, Tertiariis secularibus, & Cordigeris in extremis constitutis, vigore Privilegiorum, elargiendæ.

Facta Confessione, & didicis, Misereatur, & Indulgentiam, dicatur: Dominus noster Iesus Christus per merita suæ sacratissimæ Passionis te absolvat, & gratiam suam tibi infundat, & ego auctoritate ipsius, ac beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commissa, & tibi concessa, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis majoris, vel minoris, si quod incurristi, & restituo te unioni, & participationi Fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Item eadem auctoritate, quatenus ad præsens forum spectat, Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, tibi que relaxo omnes penas Purgatorii, quas pro peccatis commissis meruisti, concedens tibi remissionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, & restituo te illi statui innocentie, in quo eras, quando baptizatus fuisti: in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Quod si hac vice non discesseris, refero tibi gratiam usque ad extremum mortis tui articulum.

Quia vero nonnulli Summi Pontifices Indulgentiam Plenariam prædictis Personis, in articulo mortis constitutis, benigne concesserunt, sine ulla dependentia ab electione Confessarii, qui talem Indulgentiam, nomine Pontificum, impertitur; ideo ad majus spirituale solatium, non tamquam necessaria, sed ut valde proficua, subiungenda est sequens deprecatio, cui, in extremis laborans, devotè correspondeat, Nomen Sanctissimum **JESU ore** vel corde enixe invocando.

Dominus noster Iesus Christus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & remittat tibi omnia peccata quæcumque, & quomodocumque in toto vitæ decursu commisisti, de quibus corde contritus, & ore confessus es, restituis tibi gloriam primam, quam in Baptismate recepisti. Et per indulgentiam plenariam à Summis Pontificibus, Nostratibus, in articulo mortis constitutis, concessam, liberet te à præsentis, ac futuræ vitæ pœnis; dig-

digneatur Purgatorii cruciatus remittere, portas inferi claudere, Paradisi januam aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, per sacratissima suæ vitæ, passionis, & glorificationis mysteria. Qui cum Patre, & Spiritu sancto Deus unus vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATIO

Pro præsentis Breviarii usu, liberè ac licitè ex diversitate Ditionum: & Institutum, quoad Fæsta, seu Ritum, nonnumquam variando.

CUM plura adsint Officia particularia recitanda à Regularibus, quorum aliqua sub Præcepto, alia verò sub Verbis facultativis, pro diversis Regnis, seu Ditionibus sunt præscripta: nec potuerint hic per extensum apponi, ne Breviarii excreceret ultra congruum: omnibus, ad quos præsentis Breviarii usus, ex jam allatis Concessionibus, spectare dignoscitur, notum esse cupimus, quod teneatur, quisque in Regno, seu Ditione, ubi moram traxerit respectivè, eadem Officia ad manum habere: eaque juxta Regulas assignatas in Rubricis, tam generalibus, quam particularibus ejusdem Breviarii, & præsertim sub num. 11. & 168. recitare non prætermittant. Degentes autem in Ditionibus Majestati Catholice subiectis, quibus plura hujusmodi sunt concessa, uti tenebuntur Libello particulari, cum proprio Calendario, pro Officiis earundem Ditionum simpli, cum hoc Breviario disposito, & Tomis Ultra montes mittendis, ad id annectendo.

Personæ insuper cujusvis Instituti Cœtus Seraphici, quæ nostri Capituli Generalis Constitutionibus parere non sint adstrictæ, quibusque usus Breviarii hujusmodi à sancta Sede fuerit concessus, sua etiam particularia Fæsta, cum peculiaribus Ritibus, conservare poterunt, dummodò terminos Concessionum Apostolicarum, ullatenus non transgrediantur. Et tam quoad Breviarium, quam quoad reliquos Libros, divinum Officium concernentes, servandæ sunt à Nostratibus litteræ Apostolicæ nuperimè emanatæ, sequentes tenoris.